oportet operationis exordium. Tunc enim possu
mus adunare scientiam et scibili esse perpe
tuam. Operationem uero dico apparuisse sed a
indagatione prudentium. Quibus depulsis
optima diffinitio est ad aliquid relatorum
semper ea simul et existi et nasci. Illud
sane debemus memoriae continere. non
omnia ad aliquid hisdem casibus referri
ad ea quibus iunguntur. Sed alia genetiuo
casui. alia datiuo. alia ablatiuo
copulari. Et genetiuo quidem ut seruus
domini. duplum simpli. Datiuo simile si
mili par pari. Ablatiuo uero sensibile
sensu sensibile. Scibile scientia
scibile. Et cetera huius modi. Quamuis
casibus alius societate nectuntur.
Proprium uero huic cathegoriae et soli et omni
ut haec coniuncta duo quae ex se pe
ndeant sit alterna conuersio quae graece dicitur
ANTICTPOФH. Et duplum simpli dicitur
et simplum dupli. Et seruus domini et dominus
serui. Apparet autem hic copulata uicaria
inter se replicatio conuersa sed tamen si
erit et prudenter fiat ista conuersio. Nam si
imperite haec uocabula conuertantur omnis magna
confusio. Ut si imperite quis dixerit auis
pennam stulta conuersio est. Non enim penna omnis est
sed quaedam pennae quae non sunt auium. Ut
cicadarum muscarum ceterorumque animalium
quae similiter natura firmauit. Quod si quis penna
pennati pennam dixerit quasi recta
conuersio est. Hoc loco libitum est quasdam ten
ebras quae emergere ex cathegoriarum simi
litudine a solent aperire. Siquidem et domus
penna pennati et caput capitati uide
mus usie partes in accidentibus ponere.
Penna enim sine dubio pars usiae est. ut capi

tis manus. Quae si referantur inter usias et ad aliquid
uidebitur nulla esse distinctio. Ut igitur amoueatur
uniuersa confusio attente nos oportet quo pac
to et usiae et ad aliquid diffinitum sit. ita etiam
se diffinitio licet. Ut si dicatur ad aliquid cuius
id quod est pendet ex altero cui necesse est sin
gularum idem catecarton. Uicaria inse met mo
tatione conuerti. Hoc quis considerat reperiet nec
pennati pennam et capitis capitatum. Id
namque quod dixerit inuidebitur. Esse enim penoto
non ex penna discendit. Neque penna ex pennato
constat. Similiterque capitatum non constat ex capite.
Neque caput uidetur ex capitato constare. Atque
ue ad aliquid dicuntur conuersi rursus. Ut supra diximus
mus. dominus serui dominus. Et seruus domini seruus.
Et rursum subtracto seruo dominus non est. Nemo
to domino nec seruus apparet. Pennatum uero
esse potest etiam penna perempta. Et rursum penna
potest esse perempto pennato. Considerata igitur diffi
nitio huius cathegoriae etiam potest confusionis ex si
militudine exortae reperiri discretio. Eodem
pacto possumus hanc cathegoriam et oppositorum
similitudine separare. Nam et opposita quae
ANTICIMHNA aristoteles uocat. Quandam huic
cathegoriae similitudinem reddunt. Siquidem
calidum et frigidum uidentur sibi oppositionis
societate coniuncta. Sed calidum non frigidi calidum
sed frigido oppositum dicimus. Et iustum non iniusti
iustum. Sed iniusto contrarium nominamus. Aristote
les quidem ut in principio huius cathegoriae diximus
multa exempla proponit. quae ad hanc non sub
certa forma pertinere uideantur. Uolens de
reliquitatibus reprehendere uiam ceterorum qui hanc rem
diffinire uoluerunt. Et omnique uirtutem malitiae
et scientiae ignorantiam quasi ad aliquid posuit.
eamque dixit recipere posse contrarium; non quo ita
nos possit ualere sed uero indocte disserentium.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. C 219, 4_8r – A) Cicero: Topica; B) Annaeus Florus: Epitome Bellorum Romanorum; Livius: Periochae; C) Juvenal: Saturae, cum glossis; D) Augustinus (Pseudo-): Categoriae [= Paraphrasis Themistiana] (https://fragmentarium.ms/view/page/F-yuic/5321/50657)